

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 356.

356.

Cod. CLV. n. 5. 2.

Cod: CLV.

Chartae: Fol: 15.

A
7-15Fr. Martini Fr.
lini adaptatio
nes sermonum.

1a-1082

1

Tractatus de vitis, et virtutibus ordine alpha-
betico digesti cum adaptationibus sermonum,
prout competunt dominicis, festis etc. Idem
in omnibus opusculum, quod vidimus jam lodd.
XCVII. et CXLIV. ubi vide. In codice autem
praesenti verbis initialibus: Duplex est absti-
nentia, praemittuntur haec: " De abstinens
cia versus."

Sunt haec collecta libro vulgaris multa
Et alphabeto distincte scripta teneto.
Et positum titulo quodlibet in proprio
Inde conjici posset, hos tractatus esse epito-
men ex alio opere, fors alphabetam morale
nuncupato, in usum concionatorum confectam.

Berengarii
de Pandora lu-
men anima.

109a-140b

2

Berengarii de Pandora, Lumen animae. Fi-
tulum praefert: " Incipit prohemium libri.
quem. lumen. anime. appellant. In titulo pro-
lationis est: " Summi mihi pontificis favens,
" et te gratia, ejus pariter ad infinitum hunc
" animatus librum adii compilandum". Porro
" cum invisibilia Dei per ea quae facta sunt,
" intellecta conspiciuntur, in hoc quoque huma-
" nus delectetur animus, ut eventibus atque
" effectibus naturalis ordinis in cognitionem ma-
" nifestus veniat conditoris, ideo librum hunc

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 357.

Cod. CLV. n. 2.

357.

" in natura deivari construere, cuius
 " disfertatione et serie doctrinam, quae de Deo
 " est - - - valcam luculentius exornare etc."
 " Praeterea author se triginta affirmat an-
 " nis huic opusculo compilando instituisse,
 " fontesque, unde haurerat, enumerat. De-
 " mum in calce praefationis se ipsum manife-
 " stans ait: " Tandem ego Perengerius quon-
 " dam magister ordinis fratrum praedicato-
 " rum, nunc autem quamvis indignus com-
 " postell: archiepiscopus huius sic fundatus
 " librum edidi ad utilitatem nostri ordinis
 " ac ad edificationem hominibus universis.
 " Possidet Bibliotheca nostra Luminis anima
 " editionem, qua sine loco, et typographo
 " prodit a^o 1479. quam inter, et codicem
 " nostram ms. instituta collatio sequentia
 " me docuit:

1. Unum idemque in utroque continetur,
 " multo tamen in editione prolixius, ubi insu-
 " per adiectus est liber de septem appan-
 " ribus, et alia.

2. Authorem non esse Mathiam Farinatorem,
 " Carmelitam Viennensem / ut post Simlerum
 " perbene monuit Villiers in Bibl. Carmel. T. 2. col.
 " 410: / sed tantum editorem, qui dictam librum
 " in titulos, et titulos in paragraphos non me-
 " dico labore, uti in prologo praefatae editionis
 " legitur, distinxit. Nec aliter res se habere
 " potest. Nam author Luminis anima librum
 " suum dicavit Joanni XXII a^o 1330 (a) Fan-
 " nator autem floruit circa annum 1477.
 " tempore Sixti IV. tanta profecto aetatis
 " distantia, ut mirum sit eam Pailletum de
 " precipit: auctor. T. I. c. 10. Fabricium in Bibl.
 " med. et inf. Latin. T. I. pag. 380. et T. V. pag.
 " 56. Bernardum de la Monnoye, Claricum

(a) Villiers l.c.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 358.

358.

Cod. CLV. n. 2.

Braun aliosque fugisse, qui Mathiam Farinato,
rem dicere luminis anima authorem.

3. Praevis opusculum ab ipso authore in-
scriptum fuisse librum eventuum in natura,
voluntate autem Joannis **XXII** postea nuncia-
tum Cumen anima. Vide praefationis prolo-
gi finem.

4. Denique verum atque indubitatum huius opus-
culi authorem esse Berengarium Ord. Praedica-
tum, qui quantum scio, omnes hucusque
latuit operum censes. Est Berengarius de
Landora, pietate, et scientia clarus, de quo
Auctif. Script. Ord. Praedica: T. I. pag. 514. obi-
itque iuxta eundem 1390. 18 Sept. Jolem loci,
fatis, p. 517. adducit librum Berengarii Archi-
episcopi compostellani de eventibus rerum,
additque: "An Berengarii nostri opus sit, an
alterius monachi nigri, qui ante nostrum se-
culum viderat, dicuntur, penes quos liber". Non
esse alterius, codex hic in nostro ms. profec-
to rarus. / evincit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 359.

Cod. CLVI. n. 3.

359.

Sermones quadraginta
sermones.

145a-189a

3

Sermones quadraginta num: 44. Primus incipit: "Tu autem cum jejunas unge caput tuum Mat. vj. In hoc jejunii capite notandum est nobis." Cujus sint, adhuc ignoro; S. Vincentii Ferretii non esse, licet eisdem incipiunt verbis, patet ex edit. Norimb: 1492. His manus aliena septem addidit sermones diversi tematis partim mutilos, partim inanis momenti, quam ut vis diutius immoretur.

Cod. CLVI.
Chartae. Fol. Sec: 15.

A
7.16.

Egidius de Palisbonne

Egidii Romani
Lucianus, seu
Lucidarius.

1a-124a

j

Egidii Romani Lucianus, seu Lucidarius, id est, expositio vocabulorum biblicorum ordine alphabetico. Initium prologi est: "Cum iuxta sapientis arborum fructus bonorum laetitia gloriosus sit fructus." In fine prologi auctor dicit, hoc opusculum non incongrue nominari Lucianum, quia diffinites dictiones ex diversis doctorum descriptionibus producuntur in lucem. Opus ipsum incipit: "Abba sicut dicit glossa ad Galas

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27494

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)